

70.

1310, *Maggio* 30.*Permesso all'ambasciatore di partire colla galea invece di taretta.*

Cum concessa fuit licentia ambaxatori Dmi Regis Armenie, quod possit naulizare unam Taretam pro deferendis omnibus a XX ad XXII marinaios, et ipse naulizaverit unam Galeam, que fuit de magnis, que non solebant estimari, que modo per ordines estimata est per Consules cum XXXIII vel XXXV marinariis; Capta fuit pars quod possit ire dicta galea, secundum estimationem Consulium de marinariis habendis: et si Consilium est contra, sit revocatum. [Presbister, 19 t^o].

71.

1310, *Settembre* 24.*Drappi mandati dal Re d'Armenia in regalo a Venezia.*

Quod de Drapis sete et donis, que nobis misit Dms Rex Armenie, vendatur et de denariis ematur id quod videbitur, et sicut videbitur, pro mittendo doni ipsi Dmi Regi, per nostrum Ambaxatorem iturum; et si Consilium est contra, sit revocatum. [Presbiter, 26].

72.

1310, *Ottobre* 10.*Valore dei Drappi mandati dal Re.*

Cum captum fuerit pridie, quod de Denariis, qui haberentur de drapis ad aurum nobis missis per Dmm Regem Armenie, acciperentur dona et mitterentur ipsi Dmo Regi per nostrum ambaxatorem illuc iturum, et ipsi panni non potuerunt vendi, sed